℔ 10 *A. 3. d. reliquus ſupernotatus erit 38* ℔ *11. A. 4 d. ſic:*

38	11.	4.
℔.	A.	d.
86	1	7
47	10	3

Hic ut 10. A. ex 1 A. poſſent ſubduci é præcedẽte ſpecie libeliarum ſervata 1. mente reſoluta eſt in 20 aſſes, quibus ad 1. aſſem prius adjectis collecti ſunt aſſes 21, unde 10 A. ſublati reliquerunt 11. A.

Eſto & alterum exemplum.

16.	0.	10.
℔.	A.	d.
52.	18.	6.
36.	17.	8.

Hic, ut antea dictũ fuit, vacuo loco intermedio circulus ſcriptus eſt. Atq; hæc ſupputandi ratio in quotidianis negotiis et re familiari uſitatiſſima eſt, indeq; calculorum abacus inſtauratus.

P. RAMI ARITHMETICÆ LIBER SECUNDUS A LAZARO SCHONERO emendatus.

CAP. I. DE DIFFERENTIA.

1 Arithmetica ſimplex adhuc fuit, comparativa ſequitur, quæ interpretatur comparationẽ numerorum in quantitate & qualitate.

2 Comparatio quantitatis eſt differẽtia vel ratio.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG